

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon
pharmaceutico-chymicvm**

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Regulus]

[urn:nbn:de:bsz:31-127465](#)

pone, ut nigrescat, postea verò in cineres abeat, cumque videbitur satis esse, crucibulum fac refri-
gefere, atram illam materialē exime, & in subti-
lem pulverem redige; Postea,

B. *Hujus pulv. nig. ʒj. Rabarbari el. ʒij.* Misc. & fiat
pulvis subtiliss. Certum hic pulvis est experimen-
tum contra condylomata & hæmorrhoidas cœcas.
Vid. corp. ph. p. 284. b.

Pulvis Violarum Odoratus P. A. R.

B. *Ireos florent. ʒvj. Rosar. rubr. ʒiv. Cyperi ʒB. Majo-
rana, Caryophyll. Styracis an. ʒj. Benzoi, Sandali Ci-
trini an. ʒB. Violar. ʒij. Moschi ʒj. fiat pulvis. Pul-
vis hic tameſi ad odoramenta potissimum expeta-
tur, caput tamen extrinſecus eximie roborat, nec
non cordis palpitationi medetur. Vid. corp. ph. p.
278. b.*

R.

Regulus Antimonii pet. ſe, ſine additione
Zvelfferi.

B. *Antimonii Hungarici*, particulatum ſaltem contu-
ſit ʒj. quæ crucibulo immiſſa, ſuprà pulvere carbo-
num, ad quatuor vel quinque digitorum crassi-
tatem, tegatur, & igne fuſorio forti, ad dimidiā
horam, vel ultra, tradatur. Postea remota ab igne
frigefiant omnia, & fracto crucibulo, in medio ioco-
riarum Regulus comparebit, qui à ſcoriis eſt ſepa-
randus. Scoriæ verò reliqꝝ, & eodem modo, quo
ſuprà, crucibulo novo ſubiectæ, teſtæque carbo-
num pulvere ad horæ quadrantem igne forti ſunt
fundenda. Quibus iterum frigefactis, Regulus,
qui apparebit, separandus. Scoriæ porro tertia ac
quartâ vice, eadēque viâ, quâ ſuprà, pulvere
car-

carbonum superasperso, fundendæ sunt; & Regulus semper separandus. Et sic ex una libra Antimonii, tres fere partes, (si debitè saltem processeris) Reguli puri habebis; qui posthac simul in unam massam, vel Regulum, (si lubet) confundendus; aut aliis laboribus accommodandus. *Vid. corp. ph. p. 289. b.*

Regulus Antimonii sine Marte Zuvelfferi.

p. Antimonii Hungarici 1/2j. Nitri purissimi, Tartari crudi, sed puri ana 1/2j. Cuncta hæc in pulverem redacta, ac probè mixta, detonent. (uti Chymici loquuntur) Hoc, cochlear unum post aliud, ejus mixtura plenum, prunæ ardenti, in vase terreo, sive etiam in crucibulo, aspergendo conflagret, ad instar pulveris pyrii; Hæc spontaneâ veluti calcinatione peractâ, immittatur massa hæc calcinata crucibulo, & igni fusorio tradatur, donec instar aquæ fluat. Effundatur protinus in calicem fusorium, sive mortarium æneum parvum, calidum, lœvo priùs inunctum; calicem sive mortarium, inter infusionem, malleolò semper pulsando, siveque promovendo exactiorem Reguli subsidentiam. Omnibus postmodum refrigeratis, separatur Regulus à Scoriis, qui porrò in pulverem tritus, & novis seu recentibus speciebus, nitro nimitem, & Tartaro, sed prodimidia tantum sui parte, respectu Reguli, commixtus, eodem modo, quo priùs, ignefusorio, liqueatur, & in calicem vel mortarium, lœvo inunctum & calefactum, fundatur: à Scoriis purior jam factus, separetur, ac ad labores alios adservetur. *Vid. corp. ph. p. 289. b.*

Regulus Antimonii stellatus Zuvelfferi.

p. Antimonii Hungarici boni 3xvj. Liquefiant in Eee 3 cruci-

crucibulo, igne forti, cui statim immergantur,
Clavor. ferreor. bene purg. & candescat. prius 3vij.
 clavibus probè liquatis ac unitis superinjiciantur
Nitri purissimi & Salis Tartari ana 3vij. vel 3ij. Flu-
 ant sic probè per horæ quadrantem, aut ultra, igne
 fortiori, ad instar aquæ, & tandem in calicem fu-
 soriū, lævo illitum fundantur; calicem malleolo,
 in ipsa infusione, continuò percutiendo, sicque
 promovendo Reguli subsidentiam & separatio-
 nem. Refrigeratis post omnibus, tota eximatur mal-
 sa, cui in fundo adhæredit Regulus, superiori suâ
 parte jam dum stellam obscure repræsentans: qui à
 scorris separandus, & denuò, secundâ ac tertîâ vice,
 addita semper, de Nitro, & sale Tartari, particulâ,
 fundendus, ac calici fusorio infundendus est; sin-
 gulis autem vicibus scorrias separando. Sic mox
 in secunda vel tertia fusione stella in superna Regu-
 li parte exactè repræsentabitur, ac si arte, juxta di-
 mentionem figurata fuisset. *Vid. corp. ph. p. 290. b.*

Regulus Antimonii vulgaris Le Mery.

¶. *Antimonii 3xvi. Tartari crudi 3xii. Nitri purgati*
3vj. Pulverentur ac accuratè misceantur, cura ut
 magnum crucibulum inter carbones candescat,
 hinc mixturæ illius cochlear unum conjicio, & la-
 tere tegito, fiat detonatio, quâ peractâ perges in
 conjiciendis mixturæ illius cochlearibus in cruci-
 bulum successivè, quoisque omnem hanc conje-
 ceris; ignem magnum tunc undique adhibe; Et
 cum in infusione erit materia, effunde hanc in mor-
 tarium vel catinum ferreum, lævo inunctum cale-
 factumque. Hinc forcipibus percutere latera morta-
 riū, vel catini, ut ad fundum præcipiteret Regulus;
 cum refrigeratus fuerit, separa eum à superjacenti-
 bus

tibus scoriis, uno istu mallei, eumque pulverisatum in alio fundes iterum crucibulo, postea in id paucum *nitruri* conjicies; surget exigua quædam flamma, quâ præteritâ, resupinatam materiam effunde in mortarium ferreum, admodum mundum & inunctum, & refrigerari permittes eam, Reguli 3*iv.* cum dimidia percipies. *Vid. corp. ph.*
p. 290. b.

Regulus Antimonii *oralis Le Mery.*

Claviculorum 3*viii.* inde crucibulo obtegendo & collocando in fornacem cratibus instructam, undique magnum adhibe ignem; candefactis probè claviculari, conjice *pulverisati Antimonii* 3*vij.* obtege iterum crucibulum, ignemque magnum continua; Cum infusione perfectâ erit Antimonium, paulatim injicito *ntri* 3*vij.* cumque non amplius scintillabit, effunde materiam in ferreum crucibulum paquo fevo inunctum & calefactum; percute postea crucibuli ferrei latera volsellis, ut fundum petat regulus, qui refrigeretur separandus, à scoriis mallei istu, iterum funde eum in alio crucibulo, & in eum conjice *pulverisati Antimonii* 3*vij.* Cum infusione stabit *ntri* 3*vij.* paulatim adde, quousto, & non amplius materia scintillante resupinatam eam effunde in crucibulum ferreum, ut prius inunctum calefactumque, hinc ejus ambitum percute volsellis, ut ad fundum præcipitetur regulus, eumque refrigeratum, à ico*giis* separa, ut dic*um.* Funditur adhuc bis Regulus, & quaque vice conjice in eum nitrum, sed præfertim postremâ vice. Optimè debet infusioni mandari, antequam id conjiciatur ut appareat stella. *Vid. corp. ph. p. 292. b.*

Ecc 4

Regu-

Regulus Antimonii juxta Encheyresin
Cl. Hoffm.

R. *Tartari* part. 2. *Otri* part. 1. Detonentur & degenerabunt in \ominus nigrum vocatum der schwarze Gluß. Deinde **R.** *Antimonii pulveris*. q. v. & addere aliquid de prædicto pulvere, fluent in crucibulo & Regulus inferiorem petet fundum scoriis eminentibus: quò crebrius Regulus cum hoc sale fluxerit eo purior ac pulchrior futurus.

Regulus Solaris ex Schr.

R. *O* part. 1. *S.* p. iv. vel vi. Fundantur & effundantur ut moris in Regulum à Scoriis separandum, Scorias adjecto Antimonio crudo, funde iterum super injiciendo, cum fluxerint, parùm de scobe & ac assundendo denuò, ut Regulus subsideat. Sic potestis tertia vice procedere, vel donec nihil amplius Reguli appareat. Vid. corp. ph. p. 295. b.

Regulus Arsenici Le Mery.

Pulverisati Arsenici $\frac{1}{2}$ ij. accuratè permisce cinerum clavellatorum $\frac{3}{4}$ vj. incorporetur hic pulvis saponis mollis. $\frac{1}{2}$ ij. additâ, ex eoque fiat pasta in magnum crucibulum indenda, quod cooperatur operculo figulino in medio perforato; crucibulum fornaci ventosæ imponito, & ignem sub initio lentum adhibeto, hinc fortiter satis eum auge, ut probè limpidæ fusioni mandetur materia; conjice hanc in mortarium sævo inunctum, vel in catinum: ac circumcirca volsellis percutito, materiamque refrigerari permittito, hanc resupinatam effundito, sic in mortarii fundo reperties arsenici Regulum è scoriis separandum. Vid. corp. ph. p. 295. b.

Rob de Agresta.

R. *Osmaphacis seu Agresta depurata* $\frac{1}{2}$ ij. *Sachari opt.* $\frac{1}{2}$ ij.
Coque